

### III.

## REGNUM MORTUORUM.

Nro. 92.

---

*Secretum litterarum Commercium inter Vivos  
et vita functos.*

---

Elysiūm-Meum.-Die Veneris 5. Jan 1869 (Neov 15. Dec. 1869.)

---

*Julius Alberoni ad quemdam Imperantem Europae.*

**N**on Machiaveli Politicam, Princeps! sed Politicam Naturæ Civitatum tibi ob oculos ponere lubet; Contemplationem cursus, politicarum ad hoc tempus vicissitudinum, secundum meam experientiam examinavi, & gravia ex ea deduxi consecutaria.

Dum Status quispiam, qui te æmulatur, industria, scientiis artibusque proficit, inque iis amplos processus facit; tum metuendum tibi, quod tuum Statum opibus, dexteritate, facultatibusque præstiturus sit. Eodem conatus, ad eum æquandum, arripas oportet. At verò: si Statui suo militarem formam indet, ut quisvis in eo absque exceptione miles esse debeat, tum tibi absque Cunctatione & dilatione eadem forma in tuo Statu inducenda est, eum in hoc argumento superare debes, secus fiet: ut citius aut tardius actum sit tecum. Vires solum æquales æquilibrare possunt.

Veram jam Pax Continentem tenet, & Bellum maritimum? — Hoc Anglos eo perducit, ut quibusvis notis, occupatione dignis Insulis potantur. En in numerato argumentum!

*Corcyra die 9. Nov.* Monitor hic editus Jonicus, seqv. continet: Angli Insulas: Zacynthum, (Zante) Cephaloniam, Itacam, & Cyheram (Cerigo) occuparunt; Insulae prope omni de virtute praesidio facile in potestatem redigi poterant; aequae res facilis Gallis erit eas recuperare, ut primum e reduxerint, cum Corcyram, S. Mauram teneant, quae Jonii maris Claves sunt. — Generaunt tenere host: paullo post hostem absque dimicatione adigendum ad eas descendas, cum reverts Gallias in er & Austriam pax Anglos ad eum adjunctorum suum perducitur sit, ut aliis multo gravioribus negotiis tantum accommodent; quam ut copias divorsas per statione militare pretium non habentes dispergant. Strenuae illae turmae, Austriam debellantes, Italiam Inf. petiurae, itaque numerosum exercitum constituae, proculque dubio Siciliae occupationem suscepuerunt, ad cujus defensionem Angli Copias, quae praesidio aliqua um Insularum adplicantur revocandas habebunt. Ita fiet: ut Insulae ab hoste per ipsum hostem liberantur.

Ex Rex Hispaniae? — En sequela aciei ad Oceana:

*Calladoletto die 20. Nov.* Gen. Dux Kellerman hostem in positione ad Abam Turrim

affecutus, quamquam Equitum solum & 6 Cohortes haberet, nihilominus sustulit. Hi panos adgressorem fecit, cæcis gombatilibus, 12 machinis bellicis, 6 vexillis capris, multique in Captivitatem abductis; Gen. D. Kellermann aditum hostes persequitur, e quibus pauci elapsuri sperantur, hæc nuntia hodie ex officio allata.

*Monachio 9. Dec.* Sua Maj. Rex noster Clementissimus, proximo Mercurio die 13. h. m. Parisios profecturus fertur, S. M. Regina pridie abitus Regis eo abitura dicitur. Hodie 8. hora Secretus rei ærarie minister B. ab Hompetch ex inflammatione pulmonum 4. die, quo lecto affixus, obiit.

Nudius tertius & heri 24. circ. Currus ære graves ex Austria Parisios destinati isthuc adpulerunt, numero pedestri & equestri Comitatu provisi.

*Augusta 10. Dec.* Ex superiore Austria ante quatrimum multi currus ex Württembergi exercitus re vecturaria Stuttgartam reducez isthuc adpulerunt.

D. Gen. *Wrede* nondum Augusta discessit.

Plures Currus vivis Cervis, Capreisque onusti ex Austriacis ditionibus Parisios deferendi heri isthuc allati sunt.

Ex aliquot diebus rursus Captivi Austriaci Argentorato isthuc adventant, multi legioni secundæ Vistulanzæ se adscribendos curant.

Sædificatio Copiarum Portugalliarum continuo in vicinis urbi nostræ pagis stationem habet.

Præter Cursorem expressum Gubernii, Exercitus quoque Cursor ex S. Hypolito Parisiis expeditur.

*Londino 2. Dec.* Fertur nunc: Duellum inter D. Canning, ejusque adversarium fraudem stratagemaque politicum fuisse, atque ex secreto consilio Consensuque utriusque processisse, nempe metuebant ministri Conventionis Parliamentarem, ob objectiones, quæ iis intuitu sinistre susceptæ Expeditionis Vlissingam & in Hispaniam, ab eo factæ, quare e re duxere ministerio excedere, fuitque facillimum medium duellum quo se rationibus reddendis enodarent. Quid huic opinioni veri, aut falsi insit, proximo Parlamento ad apricum deducetur, id certum nihilominus: eos per id ignominiam declinasse, ne ministerio depellantur.

Princeps a Stahrenberg futura hebdomade isthinc proficiscetur. Exiguo gaudet Comitatu, quippe festinanter ante bellum Austriscum isthuc adpulit, familiaque tardius eum sequi debuisset.

Diaria nostra annunciant: Expeditionem adversus Insulam Gvadelupam propediem suscipiendam esse; pollicenturque sibi certum secundum successum.

Alia expeditio in Indiis orientalibus adversus Insulam Formosam paratur. — Dicitur eum Siænsi Imperatore jam Tractatio in-

phoata, & ubertim deducta, vigore ejus is  
veniam nobis largitur Mercatorum Collegum  
in ea Insula erigendi, quo fiet: ut Commer-  
cii totius Sincici domini evadamus, exque eo  
quasvis nationes reliquas excludamus.

*Amstelodamo 11. Dec.* Quotidie tranquil-  
litatem adferentes de valetudinis ratione Re-  
gis nostri Parisiis, percipimus nuncios.

Oratio S. M. Imperatoris Napoleonis  
ad Collegium legum ferend. portendit muta-  
tionem in Statu nostro. Ignoramus quidem,  
in quo ea genuine consistere debeat, solamur  
nos interim: salutem politicamque existenti-  
am nostram per eam emolumentum capturam.  
Cæterum versamur in ambiguo, quod di-  
versis suspicionibus ansam præbet. —

In Commercio novi — nihil. —

*Parisiis 11. Dec.* Heri Imperator solio in-  
sicens, stipatus Principibus, Ministris, Sum-  
misque Officialibus &c. in palatio Tuillera-  
rum excepit Deputationem Corporis legum  
ferend. Præses C. Fontanes legit Epistolam,  
Suzæ Maj. per suffragiorum Sententiam scri-  
ptam, ad quam ea seqv. ratione respondit:

„Domine Præses! ED. Deputati Colle-  
gii legislativi! Greta mihi sunt animi sensa,  
quæ exprimitis. Novi vestrum in personam  
meam studium. Gallia moderata, at energi-  
ca opus habet Monarchia. Hodiernus tem-  
poris articulus non modo gloria Gallicorum  
exercituum, sed & florenti Commercio, sa-  
pientia legum, splendore artium & scientia-  
rum eminere debet. Ut Galliam, ad ea ad-

Sectio Copiarum Portugallicarum continuo in vicinis urbi nostræ pagis stationem habet.

Præter Cursorem expressum Gubernii, Exercitus quoque Cursor ex S. Hypolito Parisios expeditur.

*Londino 2. Dec.* Fertur nunc: Duellum inter D. Canning, ejusque adversarium fraudem stratagemaque politicum fuisse, atque ex secreto consilio Consensuque utriusque processisse, nempe metuebant ministri Conventionem Parlamentarem, ob objectiones, quæ iis intui sineptæ Expeditionis Vlissingam & in Hispaniam, ab eo factæ, quare e re duxere ministerio excedere, fuitque facillimum medium duellum quo se rationibus reddendis enodarent. Quid huic opinioni veri, aut falsi insit, proximo Parlamento ad apricum deducetur, id certum nihilominus: eos per id ignominiam declinasse, ne ministerio depellantur.

Princeps a Stahrenberg futura hebdomade isthinc proficiscetur. Exiguo gaudet Comitatu, quippe festinanter ante bellum Austriacum isthuc adpulit, familiaque tardius eum sequi debuisset.

Diaria nostra annunciant: Expeditionem adversus Insulam Gvadelupam propediem suscipiendam esse; pollicenturque sibi certum secundum successum.

Alia expeditio in Indiis orientalibus adversus Insulam Formosam paratur. — Dicitur eum Sicensi Imperatore jam Tractatio ia-

phoate  
venian  
in ea  
cii tot  
quasvi

litatem  
gis no  
O  
ad Co  
tionem  
in quo  
nos in  
am nos  
Cateru  
versis

In  
Pa  
sicens,  
misque  
rum ex  
ferend.  
Sue M  
ptam,

,L  
gii legi  
quæ ex  
meam  
ca opu  
poris a  
exercitu  
pientia  
rum em

phoata, & ubertim deducta, vigore ejus is veniam nobis largitur Mercatorum Collegium in ea Insula erigendi, quo fiet: ut Commer- cii totius Sinici domini evadamus, exque eo quasvis nationes reliquas excludamus.

*Amstelodamo 11. Dec.* Quotidie tranqui- litatem adferentes de valetudinis ratione Re- gis nostri Parisiis, percipimus nuncios.

Oratio S. M. Imperatoris Napoleonis ad Collegium legum ferend. portendit muta- tionem in Statu nostro. Ignoramus quidem, in quo ea genuine consistere debeat, solamur nos interim: salutem politicamque existenti- am nostram per eam emolumentum capturam. Cæterum versamur in ambiguo, quod di- versis suspicionibus ansam præbet. —

In Commercio novi — nihil. —

*Parisiis 11. Dec.* Heri Imperator solio in- sidens, stipatus Principibus, Ministris, Sum- misque Officialibus &c. in palatio Tuillera- rum excepit Deputationem Corporis legum ferend. Præses C. Fontanes legit Epistolam, Sux Maj. per suffragiorum Sententiam scri- ptam, ad quam ea seqv. ratione respondit:

„Domine Præses! ED. Deputati Colle- gii legislativi! Grata mihi sunt animi sensa, quæ exprimitis. Novi vestrum in personam meam studium. Gallia moderata, at energi- ca opus habet Monarchia. Hodiernus tem- poris articulus non modo gloria Gallicorum exercituum, sed & florenti Commercio, sa- pientia legum, splendore artium & scientia- rum eminere debet. Ut Galliam, ad ea ad-

juncta, quibus hodie gaudet perducere, non unus obex mihi removendus erat; ego, familiaque mea continuo ipsas carissimas propektiones nostras emolumento, salutique excelsæ gentis hujus imolare sciemus. Divina ope, & invariabili subditorum meorum amore omnia quæ sublimibus consiliis meis adversari nituntur, devineam. Utinam 30 mihi annos vivere liceat, ut totidem annis subditis servire meis, magnum hoc Imperium sedes sua locare, dilectamque Galliam hæc, quavis, quam ei destinaveram, fortuna magnificentiorum reddere valeam." (Excerpta ex Mont.)

Die 9. Rex Saxonæ S. Dionysium adiit memorabilia ibidem visurus. Rumor fert, S. M. hodie isthinc discessuram, ditionesque suas repetituram. Maresch. Jourdan die 5 h. m. ex Hispaniis redux, Bârdigalam adpulit. Novi Judiciarii Ordinis introductio usque 1. Jan. 1811. prorogata dicitur.

*Petropoli 21. Nov.* Sequens Rescriptum Cæsareæ Maj. ad Principem Alexium Borisovitch memorabile est.

, His diebus nuncius de permutatione Ratificationum Galliam inter & Austriam conclusæ Paris Tractatus, quocum bellum quoque Russæ cum hoc Statu desist, allatus est. Secundum hujus tractatum pacis Austria cœnet, ut antea, vicinias Gallicæ; Provincias Polonæ, in vicem ut unirentur, pro perpetuo 3 inter status divisæ perseverant. Russiæ acquirit deinde complicitam harum provinciarum

partem  
sov.  
incorp  
helo  
levati  
Poloni  
sens r  
Russ  
regiou  
D uo  
propri

Je

primæ  
centiæ  
ia part  
re que  
latus  
ces Car  
vester  
acre, 4  
factum  
Alber  
D. Vin  
erat, in  
factom  
per qu  
scri p  
Alber  
D. Vin  
serviti  
patria  
Ducem



partem, & alia eorum pars quæ Ducatui Vari-  
sog. confinia, ditionibus Saxonæ Regis  
incorporatur. Hac ratione, confecto felicitate  
hælo, Svecico, onere quoque Austriaci Belli  
levati sumus. Sœnnia quævis de avulsione  
Poloniarum provinciarum evanescent; præ-  
sens rerum ordo in futurum quoque eas definit.  
Russæque protendit in vicem jacturæ in hæc  
regione suum territorium; dum expropter  
Dum. dco. Petropoli 13. Nov. 1809 originale  
propria S. C. M. manu subscript. *Alexander.*"

### B I O G R A P H I A.

Julius Alberoni Celebr. Card. Sæculi 18,  
primarius Status Cons. Reg. Hisp. natus Pia-  
centiæ die 31. Maji 1664. Initio erat Parochus  
in patria sua. Cum Campistron Poeta, in itine-  
re quod æmuli causa per Italiam fecit, expi-  
latus seminudus pagum, in quo Alberoni sa-  
cerdos Curio erat, subiisset, ab eo comiter exceptus,  
vester fratris sui ei comendavit, medicoque  
aere, ad iter Romam prosequendum, adjuvit, hoc  
factum occasionem dedit fortunæ & exaltationi  
Alberoni, quippe cum Campistronius postea  
D. Vendomeensem (Vendome) cui a Secretis  
erat, in Italiam sequeretur, inque vicinia bene-  
factoris sui versaretur, opus recte erat viro,  
per quem frogum Incolarum Conditoria re-  
sciri possent, hac opportunitate unus poeta de  
Alberoni sermonem instituit, accitus ille, cum  
D. Vendon. locutus, perutilia exercitui Gallico  
servitia præstitit, quo revocato, Alberoni in  
patria securus amplius esse non potuit, quare  
Ducem hunc a quo æstimatus amatusque erat

adpellavit, ab eo in vicem ordinarii stipendii muneribus per vices excultor, sed & fixis redemptibus provisurus vacantem quæ Collationi suæ suberat, Anet. Parochiam et obtulit, et eam deprecatus, meliit eum fortunæ amplioris gratia in Hispaniæ comitari. Princeps Domina Ursini eorum tantum valebat apud Philippum V. ut D. Vindon. e re censuerit arctam cum ea fovere familiaritatem, interea quo ipse exercitui præiret, ad hoc negotium Alberonium delegit. Princeps hæc genio suo accommodum eum sensit, Alberoni nihil eorum prætermisit, quæ ei patronæ tam potentis præsidium exoperari poterant, totum se post obitum D. Vindon. Servitiis hujus Principis devovit. Fiducia ejus magna in parte gavisus; es agente a Duce Parm. titulo Agentis ad aulam Madrit. denominatus est. Alberoni hanc Imperantis patriæ suæ gratiam grato animo prosecutus, remeo deduxit, ut Principem Parmensem Phil. V. alteram Conjugem eligeret, de hoc negotio cum Principe Domina Ursini egit, tamque prospere rem egit: ut ipse Parmam ad sponsalia conficienda expediretur. Paullo post Alberoni expertus quantopere Conjugis suæ forma, virtutibus & ingenio Rex teneatur, adhibitus in Cons. factus Cardinalis, & primar. Status Minister. In hac statione magna Consilia cudere cœpit, quæ Hispaniæ admodum utilia, universam Europam commoverunt. At per potentem Imperantem ministeriali munere deturbatus Romam relegatus, non obstante gratiæ jactura auctoritatem magnam in aula hisp. retinuit, & 16. Jan. 1752. ætatis 87. vivere desiit.

R  
 Rlystum-  
 Descrip  
 De  
 Conti  
 sus P  
 disputa  
 putatio  
 causam  
 eas in  
 cunque  
 dum h  
 duntax  
 Ex  
 to sequ  
 Im  
 unt, c  
 meo re  
 deteger  
 præcip  
 quorum  
 quæqu  
 num us  
 rebantu  
 tectio